

Letter 184: [January 1524, Strasbourg] Capito to Kniebis

The manuscript of this letter is in the Hamburg University Library, ms. Sup. Ep. Fol.1, f. 364, # 117.

S.D. Mattheus Zelius plebanus S. Laurentii eum me locum obtinere putat apud tuam prudentiam, quem ipse suis meritis, haud dubium, obtinet. In causa est quod ego semper de te benignissime publice sperem et tanquam de singulari piorum hominum patrono. Atque rogo, veneratio tua in annuenda hac petitione argumentum praebeat sibi nostra studia esse non ingrata, collocandamque curatorum [?] vacantem domunculam sacerdoti illi, de quo amplissime testatur Matthaëus, et quem ferunt ob Christum iniquiores ferre deputatos. Commendo me humanitati tuae, tanquam domino meo colendissimo, quem cum coniuge castissima atque sobole Christus tueatur.  
V. Fabritius Capito, praepositus, ex animo tui observator.